

XL.

Nos missis infirmis & egenis Dei Creaturis, (quæ Diuo Paulo pronunciante, Naturâ Diij non sunt) in solius & vnici Liberatoris & Intercessoris, CHRISTI, nomine, rectâ ad Deum ipsum, verum, & solum accedamus: ad quem ex filiali fiducia in omnibus angustijs anhelemus & clamemus, Abba Pater: in spem à Spiritu gratiæ & precum erecti certam & indubiam, omnia, quæ in Christi nomine petierimus, datum nobis iri; omnemque, qui DOMINI nomen inuocauerit, saluum futurum.

Gal. 4. v. 9.
Iohan. 16. v. 23.
Rom. 8. v. 15.
Gal. 4. v. 6.
Zachar. 12. v. 10.
Rom. 10. v. 13.
Ioel. 2. v. 32.

E I N I S.